Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26131
Copyright: Admont, Benediktinerstift



uersutos appellem. Quibus numi
rum dicendum est. ut attendant
quidem quod acceperunt. et non
sibi adplaudant ex eo quod no
uum illi nomen inserunt. At
inquiunt. Nos dationem non
requirimus. ipsi sponte sua nobis
tribuunt. quid ad nos pertinet
si uoluntate donum inpendunt?
Quibus econtra nos respondemus.
Verum est omnino quod dicitis.
sponte sua tribuunt. sed ideo
sponte tribuunt. quia aliter
iusticiam non inueniunt. Nam
nollent utique dare. si aliter
ad iusticiam potuissent peue
nire. ac per hoc et uoluntarij
quodammodo et inuiti dationem
uobis exsoluunt. Denique his
et aliis quam plurimis scriptu
rarum testimoniis tales coniun
cimus. non eos esse debere quali
bet arte. quolibet ingenio.
munus uel salutationes appe
tere. amissa fronte pudoris
in querelam prosiliunt dicentes.
si hec ita se habent. quomodo
palatia stabunt? quomodo iudi
ces dominis suis placebunt. Quo
contra nos ueracitur dicimus.
quia inde magis palatia ru
unt. unde secundum uram senten
tiam stare uidentur. Inde enim
gens super gentem uenit. inde
regnum aduersus regnum confur
git. inde una natio coram alia
cadit. inde clades. inde fames.
inde excidia. inde oriuntur
discrimina. et unde dominus ter
renus placatur. inde celestis
dominus ad iracundiam prouocatur.
Hac decausa beatus apostolus dicit.
Qui uolunt diuites fieri. incidunt
in temptationem et in laqueum
diaboli. et desideria multa in
utilia et nociua. que mergunt
homines in interitum et perditio
nem. Hinc salomon dicit. Qui
festinat ditari. non erit innocens.
Et rursum. Si diues fueris. non
eris inmunis a delicto. Hac
decausa difficultatem intran
di in regnum celorum talibus dominus
proponit dicens. Difficile qui